1596. 1

Quemadmodum causa et actio infrascripta per Generosum Nicolaum Czyżewsky
Vexilliferum Chelmen. Actorem Generoso Adamo Kosskowsky minorenni in Lesna
haeredi necnon Magcae Annae de Scheckarzowice Magci Hyeronimi Chodkie
wicz Palatini Mscislavien. consorti oppidi praefati Lesna possessor iure con=
ventis et trahi terrae Lublinen. citore sub titulo integro Sac. Regiae Mtis citat. pro
poena Ducentarum Marcarum pecuniae iuxta constitutionem Regni ad solven. eidem
actori per citatos succubil. ex eo: quia ipsi contra mentem Constitutionibus Regni per sa=
cissimam Constructionem et reparationem aggeris seu obstaculi in bonis suis haeredrijs
et possessorijs oppidi praefati Lesna flumen navigabilem Vieprz impediverit ita
quod scapha actoris propria frumentis onusta, aqua vernali Gedanum versus missa,
rursus venditis frumentis in oppidum Crasnistavo rediens liberum transitum non
habuit prout ipse actor ad Mille Marcas pecuniae sibi aestimat iuxta citorem abundius
de praemissis obloquen. ad Judicia ordinaria generalia tribunalis Regni evocat
instituta coram eod. Judicio Tribunalis Regni Lublinen. mota fuit et verte
batur In qua causa Judicium illud ordinarium Tribunalis Regni Lublinen. in termino
ex decreto Tribunalis Lublinen. currente quo Judicium Tribunale Lublinense
ex contrarijs partium foro citatis in Judicio suo adinvento post aliquot Decreta in
causa praesenti prolata citatis praenominatis evadere iuramento corporali cum duobus
testibus Nobilibus coram Judicio suo generali ab actu decreti in duabus septimanis
in rotam iuramenti eam quia ipsi citati nil excesserint contra Constitutionem publica
anni Millesimi quingentesimi Vigesimi Noni, sed liberum et idoneum transitum
scaphis in praefato obstaculo habet et quod ipsi citati instrumenta aquatica funes
et alias res necessarias ad expediendum scaphas sursum et deorsum fluentes sine damno
et impedimento actoris iuxta Constitutionem suprascriptam habuit et easdem in transeun.
adiuvavit et transire curavit decreverat tamque partibus coram Judicio suo Tribunali

in duabus septimanis conseruauerat tum quoque ex vi limitationis gnalis causarum in eisdem Iudicijs Tribunalis transactis facta, ac vigore ordinationis et continuationis Iudiciorum Tribunalis Regni Lublinen legitime in eiden et prouenientes contrarijs partium exauditis eo maxime prae oculis habito quia de executione Decreti Iudicij Tribunalis Regni Lublinen praeteriti inter partes controuersitur vtrum sit in competenti foro obtentum, nec ne: tum quia agitur de detrimento et vtilitate duarum Prouinciarum nempe Palatinatus Lublinen et terrae Chelmen, quod detrimentum et vtilitas non tantum vnam personam priuatam sed plures ex Nobilitate vtriusque terrae tangit et afficit, ideo causa praesen cum toto ipsius effectu tanquam nouum emergens pro cognitione et decisione eiusdem ad Sac Regiam Mtem ad Conuentum Regni gnalem proximum remiserat et tantum partibus vtrisque coram Sac Regia Mte in Conuentu Regni gnali proximo conseruauerat. In termino itaque hodierno ex eadem remissione et tantum conseruatione prouenien partibus vtrisque actorea per Gnosum Nicolaum Brodowsky Vicecapitaneum Chelmen plenipotentem suum citata vero per Nobilem Joannem Przybyszewsky procuratores suos comparen et de ipsa remissione tum etiam de antiquatis Decretis Iudicij Tribunal Lublinen controuerten. Sac Regia Mtas cum Consiliarijs Regni lateri sue Mtis assiden Nuntijsque terrestribus partium praefatarum contrarijs ab vtrinque fuse debite exauditis et Actis ipsius causae remissis quum genus causae praesentis fori in officio Castren inacta praescriptum Constitutionum Annorum Millesimi Quingentesimi Sexagesimi Noni et Millesimi Quingentesimi Octuagesimi noni de nauigatione fluuij Wieprz cuius citata pars excipiendo forum allegabat proximum est, ideo non illius Iudicij Tribunalis Regni sed Castren foro subesse cognouit eamque ad forum Terrarum Castren et competens loci illius remittit. Agat actor si vult in officio Castren

rone praepedita navigationis libera secundum Constitutionem Annorum Millesimi Quin
gentesimi Sexagesimi Noni et Millesimi Quingentesimi Octuagesimi noni non obstan
respectu et allegatione citatae partis Chelmen et Lublinen terrarum diversitate cum
eiusdem corporis Regni sint citationem actionemque actor si quam instituet impedire
et remorari illisque quietare nunc et in futurum nullatenus eo se decernere dignata
est praesenti suo decreto mediante

Actum Varsoviae in Conventione Regni Generali Varsoviensi
feria quinta post Dominicam Misericordiae proxima Anno
Domini Millesimo Quingent[illegible]agesimo Sexto.

Stanislaus Smieszi[illegible]
Terr. Varssovien Notarius

Ex Actis Comitiorum
Regni Generalis Wars.
Extractum

1596 Roku Warszawie
na Seymie we czwar-
tek po niedzieli Mi-
sericordie zwaney mię-
dzy Urzędem Czyżewskim
Chorążym Chełmskim
~~Naro~~ a Aktorem y Urzę-
dnikiem Nososzewskim Dobr
Łęczny Dziedzicem
Chodkiewiczami Posse-
ssorami pozwanemi ze
spektem Tamy na
Rzyce powtowey Wie-
przu Remissa Trybu-
nału Lubelsk. Korol-
ningey Dekret Xto-
rym Tonem. tey Spra-
wie Urzędowi Grodz.
Lubelsk przyznano y tę
Sprawę do Tego Gro-
du odesłano.
Czyżewski Nosowski
Chodkiewicze o Tamę
na Wieprzu w Łęczny
in Aprili Ł 30

Decretum inter Czizowsky
et Noszkowski ac Pala-
tinum Mścislawien.

Inter G. Czyżewski Vexillif.
Chełmensem actor. et Gen.
Noskowski Oppidi Łęczna
Haeredem atque mox Hotkie-
wicze cert. Bonor. Posses-
sores citatos ratione obstaculi
in fluvio Wieprz explendis
Juramenti Decreto Tribuna-
litio citata Parti injuncti
Foro huic Causae quovis
Castrensi Capitl. Agnito ad
Officium competens Capita-
neale in hac Causa Remis-
sioni
Decretum
D. 5 pt D. Misericordiae proxima
A D 1596
Varsaviae in Conventio-
ne Generali.

WiMBP
im. H. Łopacińskiego
w Lublinie
sygn. 1224